



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 18. Ementiti Sanitiensis Vicarii Generalis temeritas a Galliarum Rege  
castigata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

effusuri essent &c. postea summi Pontifi- Sæc. XVIII.  
cis ac Regis decreta, quibus hanc Sy- A. C. 1727.  
nodum approbabant, summopere com-  
mendantes, hi duodecim Episcopi, pro-  
sequebantur, sunt omnes (*id dissimulare  
prohibet Religionis Regnique salus*) aut  
complices aut fautores seditionis, quam  
*Sanitiensis Episcopus contra Ecclesiæ, &  
Regiæ suæ Majestatis autoritatem conci-  
avit, eisque viam stravit, ut omnes vestros  
subditos pari rebellioni involvant.*

### §. XVIII.

#### *Ementiti Sanitiensis Vicarii Gene- ralis temeritas a Rege castigata.*

Interim Quesnelistæ ex accepta clade  
ferociores effecti, extrema quæque  
tentabant, ut lethalia vulnera suæ re-  
fioni iterato inflicta quovis pretio sa-  
pararent: Igitur nondum exhaustis om-  
nibus fraudum fontibus quemdam Ec-  
clesiasticum nomine Laporte subornant,  
ut sese Sanitiensis Episcopi Vicarium  
Generalem jactitaret, atque ementita  
hac dignitate auctus amoti Episcopi  
Diæcesis regeret: Hic palam compa-  
tere minime ausus, ex latebris suis  
decreta emisit, in quibus Embrodu-  
nensem Synodum damnavit, & non  
modo Diæcesis Procuratorem, sed &  
Hist. Eccles. Tom. LXXII. Kk Vi-

Sæc. XVIII. Vicarium Generalem, quos Synodus  
 A. C. 1727. constituerat, propria sua auctoritate  
 suis officiis amovit, omnique jurisdictione destitutos declaravit. Nec his  
 contentus, contra hujus Concilii execu-  
 tionem ad Aquense Parliamentum  
 appellavit, caussatus, quod ea, quæ  
 in dicto Concilio fuissent decreta, sine  
 prævio Regis mandato ad executionem  
 deduci non possent, minus vero ea,  
 quæ circa redditus Sanitensis Episco-  
 patus, & bonorum proscriptionem san-  
 cita fuissent, exequi integrum foret.  
 Tam insanis æque ac temerariis ausi-  
 bus (quod sane mirum) patrocinaba-  
 tur Aquensis Senatus, qui hac in oc-  
 casione a fana ratione deficere visus,  
 bona & redditus ex Synodi sententia  
 interceptos restitui præcepit. Verum  
 Rex die secunda Julii hisce insultibus  
 finem imposnit, dum Senatus sui e-  
 dicto Aquensem sententiam irritam de-  
 claravit, & detracta larva in persona-  
 tum Vicarium Generalem inquire, eum-  
 que in carcerem dari jussit: Mox e-  
 tiam Pontificis Breve, quo Synodus  
 erat confirmata, unacum Constitutione  
*Unigenitus* in universa Sanitensi Diœ-  
 cesi promulgatum est, postea omnes  
 Alexandri VII. formulæ subscripsere,  
 exceptis quibusdam Sanctimonialibus,  
 quæ tamen ad ceterarum terrorem in  
 varia

varia dispergebantur monasteria. Inde Sæc. XVIII.  
autem evenit, ut deinceps restituta A.C. 1727.  
pace nullus ex tota Diæcesi contra Ec-  
clesiam, aut Episcopi sui exilium atque  
exauctorationem obloqui audiretur.

### §. XIX.

#### *Episcoporum sententia de opportunis tollendi diffidii mediis.*

Jam supra meminimus, Franciæ Re-  
gem Episcopis Lutetiæ agentibus  
præcepisse, ut de efficacibus refracta-  
rios compescendi mediis consultarent,  
& desuper ad Regem referrent. Hi  
ergo crebros, privatos tamen habuere  
congressus, exeunte autem Mense  
Aprilii Præside Cardinale Rohanio,  
Cardinales, Archiepiscopi, ceterique  
Præfules generalem instituebant Con-  
ventum, in quo de opportunis ea, quæ  
in privatis cætibus proposita fuissent,  
ad exitum deducendi mediis agerent.  
Hanc in rem ipsemet Rex duodecim  
proposuit quæstiones, ad quas a Con-  
ventu responderi præcepit. Cunctis igitur  
mature ponderatis Præfules scriptum  
confecere, in quo sua ad quæstiones re-  
sponsa potissimum ad sex hæc capita  
reduxere. I. Constitutio *Unigenitus*  
tanquam Ecclesiæ Regnique lex est ac-  
ceptanda II. nec Laicis nec Magistra-  
tibus

Kk 2

tibus